



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 52. De essentiali Animæ gloria, & corporis ac sensuum eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

minores, gaude de omnium bono; & sic in
vita imitaberis eos, quos etiam cupis in glo-
ria imitari.

Hi sunt præcipui fructus, quos ex hoc pun-
cto percipiam, petens à Deo D.N. ut mihi eos
concedat ob merita horum nobilissimorum
civium, à quibus idem etiam mihi erit peten-
dum, dicendo: O felices sancti, qui in eisdem
periculis fuistis, in quibus nunc ego versor,
sed fruimini iam ea quiete, quam ego deside-
ro; adiuuate me vestris precibus, ut vestras i-
miter virtutes; eoque perueniam, ut nostrarum
coronarum fieri particeps, fruamque vestra
societate in æternum. Amen.

MEDITATIO LII.

DE ESSENTIALI GLO-
ria animæ, & corporis sensuum-
que eius.

PUNCTVM I.



ONSIDERANDA in primis *S. Thom. q.*
est magnitudo gloriæ, quæ *92. Addit.*
propria est animæ, facitque
illam plene beatam: quæ
ad eam est excellens; ut teste
S. Thoma, non potuerit
Deus præstantiorem illi
beatitudinem communicare; quia hæc conti-

1. p. 9. 25. 4.
6. ad. 3.

net in se ipsummet Deum; ideoq; in hoc confitit hæc gloria, vt anima tota fit quasi Deificata, plena Deo, & facta vnus Deus per participationem æternam & immutabilem; Deo ita se illi coniungente; sicut ignis solet amplecti & penetrare ferrum, communicans illi suam lucem, splendorem, calorem, & reliquas suas proprietates, ita vt ferrum videatur esse omnino ignis. Ex quo prouenit, vt anima satiatur plenaque sit omni bono, quod desiderat; iuxta illud Davidis: *a satiabor cum apparuerit gloriatus.* Hoc poterit distinctius expendi discurrendo per tres spirituales animæ facultates.

a Psal. 16. 15

I.

b Psal. 70.
16.

MEMORIA ita b intrabit in potentias Domini, & ita immergetur in abyssum diuinitatis eius, vt memoretur eius iustitia solius. erit enim plena Deo, semper illum sibi præsentem habens, nec potens eius obliuisci, aut ad rem aliam diuertere. recordabitur continuè acceptorum antea bonorum, & quæ nunc recipit, & sperat se accepturam, cum summo suo gaudio; nunquam tradens obliuioni id, quo tâto perè oblectatur: nec recordatur alicuius, q̄ vllam pœnam ipsi adferat; nam si recordatur laborum, & periculorum huius vitæ, & peccatorum quæ admisit; ex omnibus gaudiū haurit & lætitiā, & motiua ad continuas Dei laudes, vt continuè gratias Deo agat propter beneficia sibi alias collata, & quæ nunc confert, & cōferet sine fine: vbi locum habet illud Davidis; *c memoriam abundantia suauitatis tuæ*

c Psal. 44.
7.

eructa.

eruentabunt, & iustitia tua exultabunt; memores, quā iustus fidelisque fueris cum ipsis, omnia implens opere ipso, quæ illis promiseras.

INTELLECTVS erit plenus Deo, per claram eius diuinitatis & Trinitatis visionem ibi videbit *absque figuris & enigmatibus facie omnino ad faciem*, totum Deum, Patrem, & Filium, & Spiritum S. & cognoscat quomodo Pater filium generet, & uterque Spiritum S. producat; & quomodo tres Personæ vnus sint tantū Deus, infinitus, æternus, immensus, & incomprehensibilis videbit oēs diuinas eius perfectiones, infinitā eius bonitatē, sapientiā, caritatē, omnipotentiam, & prouidentiam. Videbit altissima mysteria incarnationis filii Dei, & sacratissimę eius humanitatis, & stupēda opera, quæ Deus operatus est, tam naturæ, quàm gratiæ; ita ut omnino cessent ignorantie, errores, dubia, & opiniones quas hic habebat. Cessabit fides, quia videbit quod credidit; e & spes, quia possidebit, quod sperauit, & in particulari, videbit clarè secreta Dei iudicia, circa hominum gubernationem, quæ ipsum hic vexabant, iuxta illud Dauidis; *f existmabam vt cognoscerem hoc*, iudicia scilicet secreta: sed quia ea assequi non possum, *labor est ante me*, & sollicitum me tenet. Et adhuc magis & in particulari, videbit immensa secreta paternæ prouidentię, quā DEVS ipsum gubernarit, & eius salutem direxerit, vt tandem ad exitum perueniret; cognoscat pericula à quibus ipsum liberauerit, & occulta

bene-

II.

b 1. Cor. 13.

e Rom. 8. 24

f Psal. 72. 16

g *Psal. 10. 25.*h *Gen. 3. 5.*

III.

i *Psal. 35. 9.*k *Matt. 25. 21.*

beneficia, quæ illi contulerit. Ex quo ad summum gaudium occasionem & motiuum accipiet. Denique ibi g *satiabitur* desiderium insatiabile, quod homines habent ad sciendum, cum videbit Deum, in quo sunt omnia: & assequetur modo quodam ineffabili, quod serpens dixerat in paradiso, *h fore sicut Deos, scientes bonum & malum*, gaudens summè de bono, & nullam habens partem in malo.

VOLUNTAS quoque erit plena Deo, diuinitati eius coniuncta, amoris quadam vnione perpetua, continua, intima, & amica, cum omnibus generibus & titulis, quæ esse possunt amoris sancti, quia omnes locum habent in Deo clarè distincte que conspecto; quem voluntas diliget, vt Patrem, vt amicum, vt sponsum, benefactorem, infinitum, summum bonum, primum principium, & vltimum finem suum: ex quo amore emerget i *torrens* quidam continuus, perpetuus, & copiosissimus ineffabilem *voluptatum Dei*; ex quo hauriet, & *inebriabitur à tanta vbertate domus Dei*, tota immerfa k *in gaudijs* infinitis Domini sui. Ex quo fit vt tota anima plena fit futura omnibus virtutibus, quarum actus summa exerceat voluptate. *Obedientia* enim parebit Deo magna cum delectatione; *Humilitate* totam eidem se addicet, & beneuola recognitione se mancipabit; *Religione* reddet illi debitum cultum & adorationem, & cum maxima reuerentia, & gratitudine continuas aget gratias, cum iubilis & canticis & alleluia perpetuis, nulla

enim

enim ibi erit animi perturbatio, nullæ contradictiones, nec aliquid quod impediatur aut remittat varietatem istarum delectationum; quæ aded erunt eleuata ac diuina, vt nemo nisi qui accipit, probatque eas, nouerit, *sunt enim sicut Manna absconditum*, cuius sapor non cognoscitur, nisi deliberetur. *Apo. 3. 17.*

DENIQUE ad semel assequendam magnitudinem & satietatem gloriæ, hanc rationem expendam, quæ omnes alias complectitur. Quod Deum facit beatum, illumque satiat, & infinito gaudio perfundit; sufficet, vt proportionem quadam idem in me afficiat: Cùm ergo Deus, ex quo Deus est, & per totam suam æternitatem sit beatus, satur, & absque vlllo tædio, lætus & exultans, eo solo quod se ipsum videat ametque, nulla externa re ad id indigens: ego quoque ero beatus, eroque satur, lætus & exultans eo solo, quod videam Deum, illum amem, & eo fruam; ita vt nulla re extra ipsum, ad plenam beatitudinem indigeam, nec in hoc opere vllum sit tædium, nec vlla defatigatio; sed nouitas quædam æterna, & æternitas quædam semper noua; Deum semper videndo, & desiderando semper videre, & gaudento quod sine cessatione illum videam. O gloria mea, quando te videbo ita clarè, vt facties desideria cordis mei! quando tanta mihi aderit animæ puritas, vt diuinam faciè tuam videre liceat? vtinam nunquam fecissem, quod tuæ bonitati displiceret, & felicem aded visionem impediret. Accipe, Domine, facultates

I V.
Nota.

*S. Thom. 1.
p. 1. q. 26. a. 3.*

tates

tates omnes animę meę, easque statim occupa in iis, quę semper sunt factura. *Memoria* mea semper occupetur in te aspiciendo; *Intellectus* meus in te cognoscendo; *Voluntas* in te diligendo; *Lingua* mea in te benedicendo, *Sensus* & omnia membra mea in obediendo: omnibus exultantibus in te, de te, & propter te, in sæcula. Amen.

Mentis oratio similis est iis, quę in cælo geruntur.
Ad fratres de Monte Dei.

Ex dictis intelligam exercitium orationis mentalis, quę opus est trium internarum animę facultatum, ut supra est dictum, esse delineationem quandam & figuram glorię; in qua oratione consistit beatitudo huius vitę, quam vocant inchoatam, quę refert illam, quam anima nostra habebit in cælo. Quamobrem merito dixit S. Bern. cellam Religioso esse cælum: quia exercitia, quę fiunt in cælo, fiunt etiam in cella, ubi cognoscitur & amatur Deus; ubi Religiosus fruitur Deo, eumque ex toto corde diligit, ac laudat: ideoque ipsimet Angeli gaudent in cellis, sicut in cælis; quia in illis observant orationis opus, quod ipsi præstant in cælis; & eodem modo cuius, orationi addicto, oratorium ipsum erit cælum, si orauerit, sicut oportet.

S. Ioan. Climac. gradu

28.

1. Cor. 15.

42.

S. Thom. 9.

82. Addit.

1.

a Matt. 13.

43.

PUNCTVM II.

DEINDE consideranda est excellētia glorię corporis beati, cum quatuor eius glorię dotib⁹, per singulas discurredo.
PRIMA dos est CLARITAS cum admiranda pulchritudine. tunc enim *iusti fulgebunt sicut*

801

Sol in regno Patris eorum, ad similitudinem corporis Christi D. N. quamquā qui beator erit, magis quoq; splendet, Christi verò corpus præ omnibus: Habebit omnium partium suarū, perfectā integritatē in magna proportionē, cū colore, & figura admiranda, *b absque* *b Eph. 5. 27.* *vlla deformitate, macula aut ruga, aut aliquo huiusmodi;* quo eius splendor obscuretur. Vulnera verò q̄ quis in hac vita, p̄ Christo accepit, quorū in eo cicatrix, aliudue signū maneat in corpore, erit tanq̄ encaustū siue gēma pretiosissimā, quē illud reddēt pulcherrimū. Præter *S. Greg. 18* externā aut pulchritudinē, erit quoque valde *Mor. c. 27.* spectabilis, & iucūda interior eiusdē corporis *S. Thom. q. 85. Addit.* pulchritudo, eò q̄ erit plucidū; in quo apparebit tota harmonia ossū, venarum, & arteriarū, cum ingenti omnīū splendore; & propterea comparatur auro quia splendet, & vitro seu crystallo, quod est translucidum. *4. 1*

SECUNDA dos est IMPATIBILITAS immortalis, siue immortalitas impatibilis, *c quia nō* *c Apo. 7. 16.* *esurient neq; sitiēt amplius, nec sentiēt dolorē* *Isai. 49. 10.* *vllū aut infirmitatē, nec mortis metū. nā q̄ quis sint in medio ignis, nō cōburentur; neq; si flumina aut maria penetrēt & mergātur, humectabūtur. Sēper habebunt talē virore, q̄ nunq̄ marcescat; talē sanitatē, quæ nullū detrimētū patiat; & quandā impatibilitatē æternam, ve & d cor & caro eorum exultent in Deum vivum, à quo lætā adeò felicemq; vitā accipiūt. *d Psal. 83. 3.**

TERTIA dos est AGILITAS, siue celeritas p̄pter q̄ ita anima dominabitur in suo corpore,

III.

vt

3 Sap. 9. 7.

vt possit illud ab vno in alium locum sine vlla defatigatione aut mora, quæ poenam aliquam adferat, mouere, sed summa celeritate ac velocitate, instar e *scintilla*, aut fulguris, *discurrent* per coelum Empyreum, pro suo libitu, nunc ad thronum IESU Christi D. N. nunc ad eius Matris sanctissimæ, aut aliorum sanctorum.

IV.

QUARTA dos est SVBTILITAS siue spiritualitas, quia non subiacebit operibus vitæ vegetantis, plusquam si esset spiritus. quare totam vitam ducet sine vlllo cibo & potu, sine somno, & aliis operibus, quæ sunt bestiis communia: & ideo dixit ipse Saluator, *in Resurrectione; neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cælo*; vt sint in hoc similes puris spiritibus. Habebit quoque subtilitatem, vt possit in virtute Dei penetrare cælos, & quodcunque aliud corpus, absque vlllo impedimento, sicut ipse Christus post suam Resurrectionem, *g cum fores essent clausæ, ingressus est in cœnaculum, vbi erant discipuli, & exit ex h sepulchro, penetrans lapidem, quo illud erat clausum, vt esset indicium subtilitatis corporis eius glorificati.*

f Matt. 22.
30.

g Ioan. 20.
29. 26.

h Matt. 28.
2.

S. Thom.
le 7. 6 in 1.
ad Cor. 15.

HÆ sunt quatuor dotes corporis glorificati; quarum consideratione, animum assumã ad patiendum, & sustinendum libenter miserias & labores huius vitæ felicitati meæ tribuens eas ita pati; siquidem tantum est illis præmium constitutum. O felices ignominias, quarum finis est tantus splendor; felices poe-

nas

nas, quæ efficiunt corpus esse impatientibile; felices labores, qui in præmium accipient tantam quietem & leuamen! O quam aptè Apostolus dixit: *non esse condignas passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Resume itaque animum anima mea, ad *k mortificationem IESV in corpore tuo circumferendam*; siquidem corpus tuum ita hic humiliatum, eò forme futurum est corpori eius glorificato; amplectere in carne tua eius dolores & cruciatus; siquidem immensam ad eò gloriam propterea es acceptura.

i Rom. 8. 18.

k 2. Cor. 4.

10.

PUNCTVM III.

TERTIÒ consideranda est gloria & delectatio, qua afficientur quinque corporis sensus, discurrendo per singulos eorum.

Doctores in

4. sent. dist.

49.

VISVS noster vehementi delectatione afficietur, videns pulchritudinem innumerabilium corporum glorificatorum, in quibus summa erit varietas facierum & figurarum, quæ mirum in modum oblectabunt. Præ cæteris autem omnibus, delectabitur aspectu sacratissimæ Christi D. N. humanitatis, & splendentium eius vulnerum; cuius aspectus ad eò erit iucundus, vt S. Iob in mediis suis tribulationibus ac doloribus, sese consolaretur spe huiusmodi aspectu, dicens: *a scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum meum,*

L

2 Iob. 19. 25.

Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciantur, & non alius pro me, reposita est haec spes in sinu meo.

II.

b Apoc. 4. 8

c Psal. 149.

5.

AVDITVS delectabitur, audiens dulcissima verba, quæ beati mutuo sibi dicent, plena sapientia, prudētia, & sanctitate; & laudes Dei, quas ore proferent, vt dicitur in Apoc. quod b *quatuor animalia requiem non habent, die ac nocte dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omnipotens, & David ait: c exultabūt Sancti in gloria, exultationes Dei in gutture eorum; recreabitur quoque auditus, audiens musicas coelestes, & concentus novos, à sapientia Dei illic inuentos; ad eo: ū aures oblectandas, quæ in hac vita audiendis ipsius verbis oblectabantur, vt illa crederent; & præceptis, vt ea exequerentur.*

III.

d Matt. 24.

28.

e 2. Cor. 2.

15.

ODORATVS recreabitur suauissimo glorificatorum corporū odore, præcipuè corporis ipsius Christi D. N. de quo ipse dixit: d *ubi cūq; fuerit corpus, scilicet meum, illic congregabuntur & aquila; Sancti videlicet, eius odore attracti. O quantam fragrantiam, & odorum varietatem, adinueniet ibi pietas diuina, ad eā carnem recreandam, quæ e fuit hic bonus odor in sanctitate vitæ suæ!*

IV.

f Sap. 16. 20

GVSTATVS habebit satietatem, & plenam satisfactionem coelestem, absq; vlllo fastidio, & nausea, quia Deus D. N. sine cibis ei communicabit suauitatē, quā ex eis accipere potuisset, & quidem multò altiori & sublimiori modo: nam si f *Manna, cū esset vnus tantum cibus,*

habe.

habebat omne dilectamentum, & omnis saporis suauitatem, cum maiori excellentia, quam ipsi tibi haberent; ut sic populo suo & iustis Deus in hoc exilio indulgeret, nouerit sine dubio idem Dominus tale saporis condimentum conficere, quod eminenter saporis omnes cōplectatur, ut suis iam beatis indulgeat.

DENIQUE TACTVS qui per totum corpus est diffusus, replebitur deliciis & voluptatibus sanctis ac puris, ita ut beatus tantus quantus immersus sit torrenti deliciarum, & voluptatum Dei. O quā copiosè reddetur ibi præmiū sensibus omnibus, ob mortificationes, quas in hac vita sustinuerunt; quandoquidē David ait, *g* *Secundum multitudinem dolorum meorum, cōsolationes tuæ lætificauerunt animam meam*, ac porro etiam corpus meum. O corpus meum, animum magnum concipe ad patiendum pro Christo, ut sensus omnes tui, gaudio in illo fruatur, quo fruatur sensus eius; *h* *lat are in his quæ dicta sunt tibi te in domum Domini iturum*. Et quamuis pedes tui moueantur, & ambulēt super terram, desiderio tamen fige illos in palatijs coelestibus, & in atrijs cęlestis Ierusalem. O *i* *Ierusalem, mater nostra*, quæ es ædificata ex lapidibus uinis tuorum ciuū, magna pace inter se ipsos coniuñtorū; accipe ex nūc cor meum, admittens me in spiritu intra te, ut olim animam simul & corpus admittas. O Deus infinite, Pater Domini Nostri IESV Christi, *k* *qui secundum misericordiam tuam magnam, regenerasti nos in Esse gratiæ, & in spem uiuam*

V.

g Psal. 93. 19.

h Psal. 121. 1.

i Gal. 4. 26.

k 1. Pet. 2. 9.

obtinendi *hereditatem incorruptibilem; & in-*
contaminatam, & immarcescibilem, conser-
uatam in cælis, quam custodis per viuam fidem
in tuis electis, quibus eam reuelas in tempore
nonissimo; regenera me propter bonitatem
tuum in esse filij tui, conseruans in me semper
gratiam tuam, vt obtineam supernam istam
gloriz tuæ hereditatem. Amen.

MEDITATIO LIII.

DE GLORIA COELESTI,
qua præmia complectitur
•cto Beatitudi-
num.



AGNITVDINEM
gloriz, declarauit Chri-
stus Dominus noster in
sermone habito in mon-
te; exprimens illam se-
ptem illis præmiis, quæ
promisit actibus virtu-
tum heroicarum, quas beatitudines nomina-
uit; de quibus fusè actum est in tertia parte,
Meditatione vndecima. Illis ergò præmissis,
meditabimur nunc eadem septem præ-
mia, quatenus inueniuntur in
coelesti gloria.